

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Das kurtze, doch mühseelige leben des durchläuchtigen
Printzen, Herrn Friederich Magnusen des Jüngern,
Marggraffen zu Baden und Hochberg ...**

Fecht, Johann

Durlach, 1672

Elegia. In praematurum & acerbissimum obitum serenissimi principis
primogeniti, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-133059](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133059)

15.
 Ist es schließlich Gottes Wille /
 Wie das Land zu wünschen hatt/
 Daß Er diesen Riß erfülle/
 En so geb uns seine Gnad :
 Daß wir / eh viel Jahr vergehen/
 Einen neuen **PRINZEN** sehen.

Zu bezeugung seines unterthänigsten Gehorsams/
 setze dieses unwürdige hinzu

Spital Pfarrer in Durlach
M. Michael Defler.



ELEGIA.

In præmaturum & acerbissimum Obitum

Serenissimi Principis Primogeniti,

Domini

FRIDERICI MAGNI,

Marchionis Badensis & Hochbergensis, &c.

Ex Textu funebri,

Gen. XLVII.9.

*Pauci & mali fuerunt dies annorum vite mea, neque attigerunt dies annorum
 vite Patrum meorum, quibus illi peregrinati sunt.*

Nil stabilis lunæ reperitur in orbe, docente,
 Vitæ quod nostræ tempora prætereant.

Vita

Vita parit mortem, nascens denascitur æger:
 Vita brevis placidæ labitur instar aquæ.
 Cui brevis & fluxæ vitæ conceditur usus,
 Jam mortem orditur, primaque fata subit.
 Sed vitæ fluxæ quotnam sunt mille dolores?
 Aut quot myriades? quis numerare potest?
 Si numerare potes flores fragrantis Hymetti,
 Innuba quæ verno tempore carpit apis:
 Tunc etiam poteris segetem numerare malorum,
 Quæ crescit miseris, atque metenda piis.
 Nascimur in lachrymas, lachrymis traducimus ævum,
 Et tandem in lachrymis languiduli morimur.
 Ipsaque Majestas terræ sub mole dolorum
 Pressa est, nec mortis spicula tollit ebur.
PRINCIPIS hæc obitus docuit, clarumque cadaver,
 Qui nuper natus gaudia magna dedit.
 Quem natum læto venerata est purpura vultu,
 Qui magnum **MATRI DELICIUMQVE PATRI.**
 Verum continuo pressus gravitate malorum,
 Ex quo sunt vitæ tempora facta suæ.
 Nec mare tot guttas Libycum, nec littus arenas,
 Quot **PRINCEPS** habuit, quot mala dura tener.
 Purpureus veluti cum flos succisus aratro
 Languescit, sic falx mortis avara rapit.
 Cur Te **MAGNE PUER** tenerum, cur fata vocarunt?
 Nec poteras ultra vivere **DELICIVM?**
 E terra Te **Jova** vocat. Satis, **OPTIME PRINCEPS,**
 Hic miserum pressit Te gravitate dolor.
 Non moles infesta Tibi. Jam cessit acerbum,
PRINCEPS cœlestis **REGNA BEATA** tenes.

Quicquid terret, abest, exacto Marte, triumphum
 PRINCEPS cum pacis PRINCIPE semper agis.
 Ergo cessemus defunctum flere TENELLVM,
 Ejus enim multo vita dolore stetit.
 Jam vivit PRINCEPS cœlorum sede potitus:
 Nos sed adhuc miseros vita dolenda manet.
 Tendamus potius geminas ad sidera palmas,
 Quo PRINCEPS alius gaudia plura ferat.

Humillimo animo apposita

Matthæo Fibichio, Gr. L. & Poës.
 Prof. & Classis primæ Præceptore.



Trauer-Ode /

1.
Selger Prinz! Die Ankunfft war
 Unserm Lande hier und dar
 Grosse Freud' und Wonne:
 Wie wann in der Frühlings-Zeit
 Berg' und Thäler hoche erfreut
 Die liebreiche Sonne,

2.
 Aber der zu schnelle Tode
 Setzt uns in Gefahr und Noth /
 Traurigkeit und Leiden:
 Jammer/ Klag' und Ungemach/
 Daß ein trüber Thränenbach
 Muß die Augen weiden.

3. GOTT /